sperantes in se. Et in diluvio pretereunte consummationem faciet loci eius et inimicos eius persequentur tenebre. Quid cogitatis contra Dominum? Consummationem ipse faciet. Non consurget duplex tribulatio. Quia sicut spine se invicem complectuntur sic convivium eorum pariter potantium. Consumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te exivit cogitans contra Dominum malitiam mente pertractans prevaricationem. Hec dicit Dominus: Si perfecti fuerint et ita plures, sic quoque attondentur et pertransibit. Afflixi te et non affligam te ultra. Et nunc conteram virgam eius de dorso tuo et vincula tua disrumpam. Et precipiet super te Dominus, non seminabitur ex nomine tuo amplius. De domo dei tui interficiam sculptile et conflatile, ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es.

II Ecce super montes pedes evangelizantis et annuntiantis pacem. Celebra Iuda festivitates tuas et redde vota tua, quia non adiciet ultra ut pertranseat in te Belial; universus interiit. Ascendit qui dispergat coram te, qui custodiat obsidionem. Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde. Quia reddidit Dominus superbiam Iacob sicut superbiam Israel, quia vastatores dissipaverunt eos et propagines eorum corruperunt. Clipeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis; igne habene currus in die preparationis eius, et agitatores consopiti sunt. In itineribus conturbati sunt, quadrige collise sunt in plateis. Aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis. Velociter ascendent muros eius, et preparabitur umbraculum. Porte fluviorum aperte sunt, et templum ad solum dirutum. Et miles captivus abductus est, et ancille eius minabantur gementes ut columbe, murmurantes in cordibus suis. Et Nineve quasi piscina aquarum aque eius; ipsi vero fugerunt. State, state, et non est qui revertatur. Diripite argentum, diripite aurum, et non est finis divitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus. Dissipata est et scissa et dilacerata, et cor tabescens et dissolutio geniculorum, et defectio in cunctis renibus, et facies omnium sicut nigredo olle. Ubi est habitaculum leonum et pascua catulorum leonum, ad quam ivit leo ut ingrederetur illuc catulus leonis, et non est qui exterreat? Leo cepit sufficienter catulis suis et necavit leenis suis, et implevit preda speluncas suas et cubile suum rapina. Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, et succendam usque ad fumum quadrigas tuas, et leunculos tuos comedet gladius, et exterminabo de terra predam tuam, et non audietur ultra vox nuntiorum tuorum.

III Ve civitas sanguinum, universa mendacii dilaceratione plena; non recedet a te rapina. Vox flagelli et vox impetus rote et equi frementis et quadrige ferventis, equitis ascendentis, et micantis gladii et fulgurantis haste, et multitudinis interfecte et gravis ruine, nec est finis cadaverum. Et corruent in corporibus suis propter multitudinem fornicationum meretricis speciose et grate et habentis maleficia, que vendidit gentes in fornicationibus suis et familias in maleficiis suis. Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, et revelabo pudenda tua in facie tua et ostendam gentibus nuditatem tuam et regnis ignominiam tuam. Et proiciam super te abominationes et contumeliis te afficiam et ponam te in exemplum. Et erit omnis qui viderit te resiliet a te et dicet: Vastata est Nineve. Quis commovebit super te caput? Unde queram consolatorem tibi? Numquid melior es Alexandria populorum, que habitat in fluminibus? Aqua in circuitu eius, cuius divitie mare, aqua muri eius. Ethiopia fortitudo eius et Egyptus, et non est finis. Africa et Libies fuerunt in auxilio tuo. Sed et ipsa in transmigrationem ducta est in captivitatem; parvuli eius elisi sunt in capite omnium viarum, et super inclitos eius miserunt sortem, et omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. Et tu ergo inebriaberis et eris despecta, et tu queres auxilium ab inimico. Omnes munitiones tue sicut ficus cum grossis suis; si concusse fuerint, cadent in os comedentis. Ecce populus tuus mulieres in medio tui; inimicis tuis adapertione pandentur porte terre tue, devorabit ignis vectes tuos. Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas; intra in lutum et calca, subigens tene laterem. Ibi comedet te ignis, peribis gladio, devorabit te ut bruchus. Congregare ut bruchus, multiplicare ut locusta. Plures fecisti negotiationes tuas quam stelle sint celi; bruchus expansus est et avolavit. Custodes tui quasi locuste, et parvuli tui quasi locuste locustarum que considunt in sepibus in die frigoris; sol ortus est et avolaverunt, et non est cognitus locus earum ubi fuerint. Dormitaverunt pastores tui, rex Assur; sepelientur principes tui. Dispersus est populus tuus in montibus, et non est qui congreget. Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua. Omnes qui audierunt auditionem tuam compresserunt manum super te, quia super quem non transiit malitia tua semper?

n.

Quattuor prophete in xii prophetarum volumine sunt, e quibus tres in principio onus, id est pondus, titulum habent: Naum, Abbacuc et Malachias. Porro Zacharias in medio et circa finem duos huiusmodi ponit titulos, e quibus unus est onus verbi Domini in terra Adrach et Damasci requies eius, alter in fine onus verbi Domini super Israel. Verbum igitur Abbacuc, qui interpretatur amplexans, onus est, vel quia amabilis Deo est, vel quia in certamen provocat Deum. Amplexans autem interpretatur vel ab eo quod amabilis Deo est, vel quod in certamen et luctamen, et ut ita dicam amplexum congreditur cum Deo. Amplexantis, id est luctantis, sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est Dominum ad disceptationem iustitie provocare et dicere ei cur in rebus humanis et in mundo isto. NOMINA. tanta rerum

sustinet iniquitatis. Usquequo domine clamabo et non exaudies? vociferabor ad te vim patiens et non salvabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem et dolorem videre? lacerata est lex et non pervenit usque ad finem iudicium. Quia impius praevalet adversus iustum, ideo egreditur iudicium perversum. Videns quoque [illegible] sit a quodam in blasphemiam [illegible] ad iudicium provocare et quasi singula [illegible] cur tale vel tale factum sit disputare. Nec non et ad dicendum [illegible] qui assumptus vel positus quae gratia est consecutus, propheta visus est [illegible] in dogma perversum intelligere [illegible] mens loquitur, nec in morem insanientium feminarum [illegible] sine mente sonum. [illegible] apostolo videre ut pseudoprophetis alius [illegible] alii sunt [illegible] qui per loquebantur. Et certum non est in quo [illegible] dominus. Et quo intellectum quae voluerit reddere [illegible] locum dat ad loquendum [illegible] cum voluerit. Cum autem [illegible] loquitur, nec taceat nec loquatur [illegible]. Babylone Chaldaeos, ut quondam per prophetam Naum quae Abacuc sequitur [illegible] que vocabantur Israel. Abacuc propheta [illegible] adventum Babylonis et Nabuchodonosor a quibus [illegible] et Ierusalem templum quoque subversa sunt [illegible] Cur Nabuchodonosor templum vastat et Iudaeam, cur Ierusalem [illegible] urbe [illegible] destruatur, quod clamet propheta et non exaudiatur, vociferetur ad dominum [illegible] a Chaldaeis et non salvetur. [illegible] ipse propheta vel populi [illegible] nunc loquitur ad te [illegible] ut iniquitatem [illegible] videre laborem, cur iniustum praevalere adversus iustum [illegible] ut sicut aurum in igne conflatur et tres pueri de camino [illegible] qui [illegible] accipere possimus [illegible] nomine loquitur [illegible] voce et plena doloris erumpat dicens: Quare non respicis super contemptores et taces devorante impio iustiorem se. Haec autem loquitur nesciens videlicet dei [illegible] dispensationem [illegible]. Homo tamen propheta respicit [illegible] futura [illegible] cognoscere. Et quo [illegible] febribus [illegible] aquam frigidam postulet [illegible] ad medicum [illegible] patiens [illegible] usquequo medice clamabo et non exaudies? Et paulum [illegible] sapientissimum et clementissimum medicum [illegible] quod postulat dare non [illegible] quia [illegible] voluntati tuae [illegible] clementiae suo [illegible] iustum non exaudit clamantem ut eum probet [illegible] igne [illegible] iustiorem et purissimum faciat. Quod intelligens apostolus [illegible] non [illegible] videbit deum in omni tempore. Sicut quia qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit [illegible] gloriatur in tribulationibus [illegible] cum [illegible] tribulatione et miseriam invocabo. Ut [illegible] dominum [illegible] sic [illegible] bella [illegible] ad extendendum se [illegible] tribulatione et miseriam invocare deum.

Abbacuc luctator fortis et rigidus stat super custodiam suam et figit gradum super munitionem ut Christum in cruce contempletur et dicat: Operuit caelos gloria eius et laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.

Onus quod vidit Abbacuc propheta. Usquequo domine clamabo et non exaudies? vociferabor ad te vim patiens et non salvabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem et dolorem videre praedam et iniustitiam contra me? Et factum est iudicium et contradictio potentior. Propter hoc lacerata est lex et non pervenit usque ad finem iudicium, quia impius praevalet adversus iustum. Propterea egreditur iudicium perversum. Aspicite in gentibus et videte et admiramini et obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris quod nemo credet cum narrabitur. Quia ecce ego suscitabo Chaldaeos, gentem amaram et velocem, ambulantem super latitudinem terrae ut possideat tabernacula non sua. Horribilis et terribilis est; ex semetipso iudicium et onus eius egredietur. Leviores pardis equi eius et velociores lupis vespertinis, et diffundentur equites eius. Equites namque eius de longe venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Omnes ad praedam venient, facies eorum ventus urens, et congregabit quasi arenam captivitatem. Et ipse de regibus triumphabit, et tyranni ridiculi eius erunt. Ipse super omnem munitionem ridebit, et comportabit aggerem et capiet eam. Tunc mutabitur spiritus eius et pertransibit et corruet. Haec est fortitudo eius dei sui. Numquid non tu a principio domine deus meus sancte meus et non moriemur? Domine in iudicium posuisti eum, et fortem ut corriperes fundasti eum. Mundi sunt oculi tui ne videant malum, et respicere ad iniquitatem non poteris. Quare non respicis super inique agentes, et taces devorante impio iustiorem se? Et facies homines quasi pisces maris et quasi reptile non habens principem. Totum in hamo sublevavit, traxit illud in sagena sua et congregavit in rete suo. Super hoc laetabitur et exultabit. Propterea immolabit sagenae suae et sacrificabit reti suo, quia in ipsis incrassata